



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Signa exteriora per quae Beguini vel Begardi, seu Fraticelli haeretici
dignoscuntur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

Signa exteriora per que Valdenses heretici cognoscuntur.

Aldeles heretici, seu Pauperes de Lugduno, sine Inzabbatari, q iude sunt per signa huiusmodi cognoscuntur. Valdéses se vocant, seu Pauperes de Lugduno a ciuitate Lugduni, in qua principium habuerunt a quoda vo...

Signa exteriora per que Beguini, vel Begardi, seu Fraticelli heretici cognoscuntur.

Beguini heretici, seu Fraticelli, vel Begardi, seu Fratres Pauperes, siue Fratres de penitentia, qui iude sunt, signis huiusmodi cognoscuntur. Isti tertiam regulam beati Francisci se tenere & profiteri asserunt, vestem de burello aliqui cum mantello...

laru sibi faciunt & adunant: quibus de postilla fratris Petri Ioannis super Apocalypsum, per Ecclesiam condemnata, & de alijs opusculis eiusdem: & presertim de transitu dicti fratris Petri Ioannis, eis in vulgari de nocte & secrete legunt, Hi qua plurimum venenati sunt, & multum Ecclesie Dei se opposuerunt de preterito, & opponunt etiam de presenti.

Quantus autem istorum hereticorum Begardorum error fuerit, atque sit, & impietas, experientia docet rerum omnium magistra, & habetur supra in secunda parte. q. 15. vbi agitur de erroribus & haeresibus Begardorum.

Signa exteriora per que heretici reuidantes dignoscuntur.

Reuidantes heretici, seu conuersi de iudaismo, & reuersi mente & secrete ad Iudaismum, huiusmodi signis exterioribus dignoscuntur: Raro Ecclesia intrat. Iudaismum siue locum, in quo morantur Iudaei frequentant: Iudaeis se associant: a Christianorum consortio se elogant: cum Iudaeis in eorum festiuitatibus vbi commode possunt, comedunt: carnes porcinas non edunt: diebus veneris carnes comedunt: sabbatum colunt: diebus Dominicis secrete in domibus suis operibus seruilibus se exponunt.

Quanta autem sit nequitia & malitia, error & impietas istorum peruersorum ad vnitatem redeuntium, habetur supra, secunda parte, q. 44. vbi agitur de erroribus, & haeresibus ad Iudaismum reuersorum.

COMMENT. XXV.

Reuidantes heretici, &c. & reuersi mente secrete ad Iudaismum, huiusmodi signis exterioribus dignoscuntur: Raro ecclesia intrat, &c. Hic locus est valde insignis, & eius notitia utilis & necessaria ad cognoscendum tuos, qui ex Iudaismo conuersi Christiani facti sunt, & iterum ad Iudaismum reuertuntur, vel ad praesumendum quae talia faciunt, aut aliquid ex his quae hic enumeratur ex Iudaeorum gente descendat, aut originem ducat. Huius doctrina vsus in illis potissimum locis est necessarius, vbi Iudaei habitare permittuntur in terris Christianorum, & sepe nonnulli ex ipsis ad fidem catholicam conuertuntur, vt frequenter contingit Romae. Cum ergo aliqui ex Iudaeo effectus Christianus aliquid horum committit, vt refert hic Eymericus, praesumendum est, quod tacite ad Iudaismum sit reuersus, & propterea Inquisitor aduersus illum procedere poterit.

His autem signis exterioribus adiungi potest illud quod reulit auctor supra par. 2. q. 44. nu. 6. dicens solitum esse apud Hebraeos, vt reuersis seu redeuntibus ad eorum sectam imponatur frequenter illud nomen quod habebant antequam baptizarentur. Si quis ergo post baptismum susceptum, in quo solitum est deponi vetus nomen Iudaicum, & imponi nomen aliquid sancti more vsitato Christianorum, eo demisso neophytus ille aut vetus nomen Iudaicum, aut aliud Iudaeis familiare & consuetum vsurpet, sane praesumptio erit, quod Iudaismum approbet, vt docuit Crauetta con. 73. incip. Dicendum videretur de quo diximus abude sup. p. 2. sup. dist. 9. 44. s. Et imponitur

Neophytas vtens post baptismum susceptum, nomine antiquo, suspectus praesumitur.